



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis  
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118537**

§. 103. Huberti Gambaræ Cardinalis extrema.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

§. CIII.

Sæc. XVI.  
A.C. 1549.Huberti Gambaræ Cardinalis  
extrema.

**H**os inter primus Hubertus Gambara *Guicciard.*  
 natione Italus, atque ex illustris *hist. l. 8 & 16.*  
 sima Brixiensium Familia natus, filius *Ciacon. l. c.*  
 erat Joannis Francisci Comitis de Pra-<sup>p. 666.</sup> *Aubery l. c.*  
 talbuino, qui post Abduense prælrium *Ughel Ital.*  
 relicis Venetorum vexillis Gallorum *sacra.*  
 castra secutus est, ut Brixensem urbem,  
 quæ erat ipsius Patria, ab hoste libe-  
 raret: verum hac defectione plurimum  
 in se concitabat Rempublicam Veneto-  
 rum, qui eundem nonnisi opera Leonis  
 X. Papæ haic Comiti addictissimi in  
 gratiam receperunt: Cum autem idem  
 Pontifex juvenis Huberti Gambaræ con-  
 fortio frui peroptaret, hunc primo Pro-  
 tonotarium Apostolicum, & postea eun-  
 dem sanctioris Concilii Ministrum crea-  
 vit, ac demum sacræ Sedis Nuntium  
 in Lusitaniam decrevit, ubi legatione  
 sua ibidem tanta prudentiæ, ac sapien-  
 tiæ laude fungebatur, ut mortuo Leo-  
 ne X. atque Adriano VI. a Clemente  
 VII. in Gallias ad Franciscum I. & po-  
 stea ad Henricum in Anglia Anno Do-  
 mini millesimo quingentesimo vigesimo  
 septimo ablegaretur, ut fœdus contra  
 Cæsarem Carolum V. qui hunc Papam

B 4

captum

**Sæcul XVI** captum tenebat, conciliaret. Rursus  
A.C. 1549. Gambara demandatum hoc negotium  
 tam dextre obibat, ut in gratitudinis  
 signum a Clemente Papa Tortonensem  
 Ecclesiam, ac Bononiensem obtineret  
 Legationem, in eadem hac urbe tum  
 diversatus, cum Imperator a summo  
 Pontifice Imperii coronam reciperet.  
 Post hæc a Paulo III. circa annum re-  
 paratæ Salutis millesimum quingentesi-  
 mum trigesimum nonum Cardinalis cre-  
 atus Parmensi, ac Placentina legatione  
 auctus est, ut scite Farnesianis opitu-  
 laretur, qui tum in harum urbium pos-  
 sessionem introducebantur. Anno Sal-  
 vatoris millesimo quingentesimo quadra-  
 gesimo octavo idem Cæsari Nepoti suo  
 Tortonensem Episcopatum cessit: hoc  
 autem anno feria quinta die decima  
 quarta Februarii rebus humanis valedi-  
 xit, annum agens ætatis suæ sexage-  
 simum. Corpus ejus delatum fuit Bri-  
 xiā, ubi hodie in Ecclesia S. Ma-  
 riæ de Gratiis illius tumba, ac sepul-  
 cralis inscriptio legitur. Hunc Lean-  
 der Albertus celebrat tanquam Virum  
 in rebus politicis rara prudentia prædi-  
 tum, literarum, ac Literatorum fauto-  
 rem, necnon tanta memoriæ felicitate  
 insignem, ut eorum, quæ didicerat,  
 nunquam oblitiseretur.

§. CIV.